

## Band V., Nr. 1483, Seite 249-250

*Die drei Brüder Fürst von Konzenberg erkennen den Verkauf des von ihrem Vater Konrad einst ans Kloster Salem gestifteten Hofes in Balgheim von Seiten dieses Klosters an das Kloster Rotenmünster als durchaus gültig an.*

Villingen, 1258. März.

In nomine domini amen. Noscant universi tam presentes quam posteri, quod nos tres fratres dicti Fursten de Kvnzenberch adtendentes devotionem et reverentiam, quam venerabilis abbatissa et totus conventus Rubei Monasterii cottidie deo et eius gloriose genitrici virgini Marie tam in divinis quam in ieiuniis, vigiliis et orationibus exhibent incessanter, vendicionem eius in Balgehain factam a venerabili abbate et conventu de Salem G. abbatisse et eidem conventui Rubei Monasterii, quam curiam C. quondam pater noster ecclesie in Salem pro remedio anime sue noscitur contulisse, gratam et ratam habemus, promittentes et ad hoc nos firmiter obligari, quod nos et heredes nostri sepe dictum conventum Rubei Monasterii super eadem curia de cetero nullatenus offendemus, sive pro se tenere<sup>a</sup> vel alteri vendere pro sua voluerint voluntate. Igitur ad huius rei memoriam presens scriptum fieri et a positione nostri sigilli fecimus roborari. <br> <br> Acta sunt hec anno M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LVIII<sup>o</sup>., mense Marcii, indictione I<sup>a</sup>., in presentia testium subscriptorum: plebanus de Mvnehewilar, Baldemarus vicarius in Vilingen, Hvgo miles de Meringen, H. Bargeli, C. Hamerli, Wl. miles de Almishoven, Ber. Stahelli, Gosolt monachus, C. miles de Waleligen et alii quam plures. <br> <br> Datum aput Vilingen annis, mense, indictione prescriptis.

Der Textabdruck folgt dem Original. <br> <br> Das (gemeinschaftliche) Siegel ist abgerissen.

---

<sup>a</sup>Dahinter stand *voluntatem*, ist jedoch durchstrichen.

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**

HStA Stuttgart

**Signatur/Titel des Originals:**

B 494 U 48

## Weitere Angaben

**Sprache:**

Lateinisch

**Ausstellungsort:**

Villingen

**Ortsindex:**

Allmendshofen Wohnplatz (12924)<br> Allmendshofen, Donaueschingen, VS<br> Balgheim Wohnplatz (14013)<br> Balgheim, TUT<br> Konzenberg Wüstung (23435)<br> Konzenberg, Wurmelingen, TUT, W<br> Möhringen Wohnplatz (14191)<br> Möhringen, Tuttlingen, TUT<br> Mönchweiler Wohnplatz (13277)<br> Mönchweiler, VS<br> Rottenmünster Wohnplatz (12415)<br> Rottenmünster, Rottweil, RW<br> Schloss Salem : Salem FN<br> Schloss Salem Wohnplatz (18257)<br> Villingen Wohnplatz (13977)<br> Villingen, Villingen-Schwenningen, VS<br> Wellendingen Wohnplatz (12778)<br> Wellendingen, RW